

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1884**

1317 - 1318

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

cellam fundato. prima libra cedere debebit infirmis actu decumbentibus in hospitali majori pauperum prenominato. preterea idem conductor et ejus heredes singulis annis de domo et area predictis solvere debent nomine feodi (vulgariter dicendo zū reitlehen) 1 sol. den. Arg. et 1 caponem Johanni dicto de Dūmenheim, militi Arg. Er. 4. V. datum 5 idus decem-  
5 bres, a. d. 1317. hujus instrumenti sunt 3. **1317 Dezember 9.**

*Aus Strassb. Hosp. A. lad. 19 nr. 1. or. mb. c. sig. pend. delaps.*

879. C. j. c. A. dominus Sigelinus de Mūlnheim, prepositus ecclesie s. Thome Arg., pia *Schenkung.*  
motus dilectione erga Waltherum et Gōsselinum, natos quondam Gossonis de Mūlnheim,  
fratris ipsius prepositi, iis donavit donatione inter vivos domum et aream, in c. A. sitas  
10 juxta vicum parvum ex opposito cymiterii fratrum minorum e. u. et e. p. a. juxta domum  
monasterii s. Nicolai, quam nunc begine inhabitant, curia quoque dicte domus retro tendit  
ad domos dictas der Linweterin hus unde Rufaches hus, discreto viro Nicolao dicto Zorn  
milite, sculteto Arg., dictorum donatariorum avo materno presente. A. 1. (in Nicolaum scul-  
teturum nomine quo supra). peracta donatione prenotatus scultetus dictorum donatariorum  
15 nomine dictas domum et aream sepedicto preposito locavit pro annuo censu 1 lib. den. dando  
et solvendo, quoad vixerit, in festo s. Martini. datum pridie nonas januarii, a. d. 1318.

**1318 Januar 4.**

*Aus Strassb. Frauenh. A. lad. 49 nr. 69. or. mb. c. sig. pend.*

880. Gerdrudis begina, filia Hugonis de Truhtersheim armigeri quondam, testamentum *Testament.*  
20 suum ordinat. inprimis eligit ecclesiasticam sepulturam apud fratres predicatores in Argentina  
in loco cymiterii, ubi verbum dei seminatur; quibus fratribus legat domum suam cum curia,  
ex opposito fratrum predicatorum juxta domum dicte Kelbin e. u. et e. a. p. est vicus publicus,  
ita quod fratres dicti post obitum donatricis possessionem curie habeant et quod eam uni vel  
25 duabus tantum personis honeste et caste viventibus (conjugatis dumtaxat exclusis) ad tempora  
vite ipsarum ad inhabitandum vendant sub ea conditione, quod inhabitantes singulis annis  
census nomine dent fratribus predicatoribus 4 lib. den. Arg.: in anniversariis legatricis 30 sol.,  
Hugonis patris sui, et matris ejusdem Hugonis (in crastino b. Thome apostoli) 1 lib., Gisele  
matris legatricis et Eberhardi quondam de Landesberg patris Gisele, et Gerdrudis, ejusdem  
matris (vigilia conversionis b. Pauli) 30 sol. pretium redemptum ex vendicione dicte curie in  
30 hunc modum distribui debet: fratribus predicatoribus in Argentina 3 lib. den. Arg. et cui-  
libet fratri 5 sol., item fratribus predicatoribus in Wissenburg, in Hagenowe, in Sletzestat,  
in Columbaria, in Gewilre 1 lib., item monasteriis s. Johannis, s. Katherine, s. Nycolai,  
s. Marci, s. Agnetis, s. Elizabeht, s. Margarete e. m. A., fratribus minoribus in Argentina,  
monasterio s. Clare in Argentina cuilibet 1 lib. den. Arg.; commendatori et fratribus s. Johannis  
35 de Doroltzheim 2 lib. residuum de pretio reservat sibi legatrix ad disponendum super eo. si  
post mortem habitantium domus dicta vacat, aliis personis ad inhabitandum vendant fratres  
predicatores et precium inde receptum distribuant in modum prescriptum seu, cum ad plenum  
sustinere non valeret, de scitu commendatoris predicti pro rata. si fratres predicatores secus  
facerent, quam est prescriptum, jus vendicionis transit ad fratres in Doroltzheim et, si etiam  
40 hii secus facerent, ad fabricam eccl. Arg.; legatum et anniversaria predicta perpetuo perman-  
ent apud fratres predicatores. legatrix sibi reservat jus mutandi hoc legatum. judex curie  
Arg. sig. suum appendit. datum a. d. 1318, kalendas februarii<sup>1</sup>. **Februar 1.**

*Aus Strassb. Hosp. A. Prot. Prédic. 107 (Copialb. s. XIV) fol. 50<sup>b</sup>. cop. mb.*

<sup>1</sup> Vgl. nr. 719.